

Etenim determinatio mediorum ad finem necessariorum nequit singulis civibus relinquiri, quin unitas socialis destratur : diversitas enim intellectum, voluntatum instantia et cupiditatum estus ad media disparata, inter se pugnantia, duceret, et ideo non amplius haberetur hec unio intellectum, voluntatum et virium, quæ est societati perfectæ necessaria.

Ergo necessaria est potestas aliqua, quæ jus habeat designandi media, atque omnes ad eadem adhibenda obligandi, sive potestas legislativa. Nunc quo circulo possit potestas legifera civilis exerceri, querendum est :

274. — THESIS. *Potestas legifera civilis negavit media mere interna, neque etiam externa, quæ ad ordinem superiori pertinenter, prescribere.*

Nota. Hie non affirmamus leges civiles conscientiam ipsam indirecte non adstringere, quod falsoissimum foret, quia auctoritas civilis est a Deo ; sed agitur de materia legis, et queritur utrum lex civilis possit prescribere actus mere internos.

Probatur 1^a pars. 1^a Actio legislativa potestatis civilis mere humana est ; atque actus interni humanam aciem prorsus effingunt, ac proinde potestati legifera mere humanae subjici nequeunt.

2^a Media debent esse ad finem proportionata, ideoque leges quæ media determinant, debent fini sociali respondere ; atqui finis socialis civilis est ordo exterior et sensibilis, quem actus mere interni nullatenus procurare possunt, quique proinde ad finem socialem manifesto non sunt necessarii. Ergo potestas legifera civilis, quæ media mere interna prescriberet, aliquid nefarii in suis subditos faceret, quippe cum sit prescriptio onerosa plane inutilis.

Aliis verbis, fundamentum potestatis quam pro sua natura societas habet exigendi aliquid a suis, situm est in necessario nexo cum ipsis societatis fine : atque actus mere interni nullam relationem habent cum fine sociali. Ergo extra ambitum potestatis civilis reponuntur.

Probatur 2^a pars. Lex est propositio alicuius mediis positivi vel negativi obligatorio modo, et ad rationis, inde et ordinis, normam facta. Atqui ordini et rationi

repugnat ut ea que ad superiorem ordinem pertinent, quisque inferior determinet : id enim importat ordinis superioris perturbationem, ac proinde ordo superior tunc fieret obnoxius ordinis inferiori, quod manifestam involvit absurditatem. Ergo potestas legifera civilis neque media extrema prescribere potest que ad ordinem superiorem natura sua pertinerent.

275. — *Corollarium.* Ergo potestas civilis immiscere so nequit iis que relations resipicunt hominis ad Deum, quaque prouide sunt potestatis religiose : finis potestatis civilis *proprius* et *directus* est politica felicitas communis, itaque illa potestas ad res spirituales non extendit. Potest tamen et debet auctoritas civilis in principiis fidelibus ita exerceri ut ejus usus dirigatur ab subditorum bonum, etiam *spirituale* et *eternum*, quod fieri potest dupliciter : 1^o *negative*, seu per circumspiecioneum nihil statuendi quod sit contrarium fini supernaturali : et haec ordinatio negativa est de precepto; 2^o *positive*, et haec positiva directio est tantum de consilio etiam in principiis christianis et catholicis, nisi necessarias vel praesumptio speciale hanc ordinacionem postuleat.

276. — *De potestatis legifera et legum dotibus.* Ditioni potestatis civilis subduntur ea que externa sunt et ciuium relations inter se intitu finis communis assequendi resipicunt; imo et penitus sancire quid eadem potestas preceptiones iuris naturalis et divini positivi. Haec potestas, dum in sturum limites naturalium ambitu spatiarum, debet etiam ita constitui ut præ se ferat, quasdam dotes necessarias, nempe *soletiam, aquabilitatem et honestatem*.

1^o Sine soletia non enucleate disperceret finem socialem, ideoque viam illuc ducentem multitudinem ostendere non valeret : id importat quadam cognitiones tum speculativas, puta boni et ordinis socialis in genere, mediorum ad hunc finem idoneorum, juris sive naturalis sive divini positivi, quod ne offendat, caverre debet potestas publica, etc.; tum practicas, scilicet hujuscemodi societatis, quam moderari debet, ejus elementorum, etc. 2^o Sed non sufficit recta cognitio bonitatis legum ferendarum ; requiriatur enim ut haec cognitio sine ulla deflexione exterius

traducatur : quod importat 1º sinceram voluntatem leges illas ferendi, seu aequalitatem ; 2º ut nihil immutet, restringat aut deturpet illam cognitionem et volitionem : hic probitas.

Potestas constituens tali organismo ornare debet potestatem legislativam in concreto spectatam, ut haec natura sua recte semper cognoscatur, recte velit, recte operetur. Talis ergo esse debet structura hujus potestatis, ut non nisi per homines scientia et virtute ornatos ex toto vel ex parte exercetur.

27. — *Ad dotes*, quibus potestatis legifera effectus seu leges ornari debent, quod attinet, ille proficiscuntur ex dotibus ipsis legislatoris :

1º Debent esse *justa et honesta* : quod est intrinseco malum eo ipso prohibetur a lege naturali, ac proinde a Deo, ut est auctor hujusce legis : quod jus divinum positum lredit, nequit habere valorem ad obligandum, quia homines obligari nequeunt simul ad agendum et non agendum aliquid. Itaque lex humana quæ esset injusta et inhonesta, non esset lex.

2º Lex debet ferri *propter bonum commune* : leges enim communitatí imponuntur, ideoque propter bonum communitatís ferri debent, uti superius (111) ostendimus. Alias lex quae in bonum communem non ordinaretur, cararet fine sufficienti, ac proinde esset actus irrationalis.

3º Debent esse *universales*, seu ejusmodi ut omnes aequi ligent sine personarum acceptione, modo tamen non adist jus firmius quod nonnullos excipere persuadeat : lex enim fertur pro ipsa communitate, ac proinde ad singulares personas ordinem dicit, ut sunt partes communitatís. Inde est quod lex, juxta plures, ipsum legislatorem, saltem ex aliqua ratione aequitatis, licet non ex stricta obligatione, ligaret, quando ipse ut privata persona consideratur, et in conditionibus a lege intextis forsan repperitur.

4º Debent esse *perpetuae*, non tamen in hoc sensu quod revocari nequeant, sed quod moralem perpetuitatem habeant, seu stabilitatem : semel lata, semper durat donec vel revocetur, vel materia ejus aut causa ita mutetur, ut justa esse desinat. Lex fertur pro communitate,

quæ de se perpetua est, et propter bonum commune, quod etiam est stabile.

5º Denique leges debent *promulgari*, ita ut eorum notitia ad omnes moraliter pervenire possit. Cum lex feratur pro aliqua communitate, est veluti vox publica legislatoris per se vel per alium suas voluntates renuntiantis. Certus tamen modus illius publicæ manifestationis non est ex natura rei assignatus, sed ab ipsomet legislatore prescribendus est, quia non potest aliunde determinari.

Modus erit sufficiens si legis notitiam diffundere ad omnes *moraliter* possit, praesertim si legislator nequeat omnes *physico* attingere per hanc promulgationem.

Prima legis in publicam propositio *authentica* esse debet, nempe tali modo facta, ut in dubium revocari non possit, cum ab illo prodiisse, in quo societas potestas resedit. Sed non requiritur ut legis *propagatio* sit authentica, nempe ut modo authentico ad cognitionem omnium et singulorum deveniat, nam ex parte subditorum vera existit obligatio leges cognoscendi ac siscentandi.

6º Ut lex civilis vim obtineat non requiritur *acceptatio populi* nisi saltu fundamentalis constitutio id expresse poscat. Haec assertio est corollarium manifestum ex superiori dictis de origine supremæ potestatis; id inficiari unice possunt fautores contractus socialis.

III. De potestate executiva.

278. — Ut societas finem suum attingat, non sufficit potestas legislativa; nam finis non nisi per actiones obtinetur : porro inter aliquam præscriptionem generalem abstractamque, qualis est lex, et operationes individus et concretas, nullus datur nexus intrinsecus, nullumque vinculum physicum : inter utramque intercedit libertas humana, qua physice potest legislatori obedientiam denegare, et ejus magisterium speculativum a se pelvere. Itaque, si suprema auctoritas potestate exequendi, et quidem vi adhibita, orbaretur, societas ipsa esset nutans.

Debet igitur potestas suprema efficaciter attingere in ordine concreto id omne quod ad bonum ordinis civilis spectat, ac proinde *personas et res*. Jam vero ut hanc

efficaciam nanciscatur, vi morali quae in voluntates dominatur, et vi physica quae in corpora et bona operatur, perfrui debet. — Vis illa moralis quae est jus, appellatur *potes tas judicaria*; vis physica in corpora et bona, dicitur *potes tas coactiva*; prout speciatim bona regit non quidem coacte sed pacifice, est *potes tas administrativa*, et prout personas moderatur, dicitur *gubernium*, quod non raro in sensu latissimo sumitur pro complexu omnium potestatum regendi rempublicam. Itaque gubernium respicit personas; administratio, res; potestas judicaria est jus individuis applicatum; potestas coactiva respicit factum juri respondens vi physica obtinendum.

279. — *Potes tas judicaria* efficere debet ut media proposita applicentur juxta eum modum ac sensum quo per potestatem legislativam sunt proposita. Duo ergo habet munia: nempe legum interpretationem et applicationem, et exinde lites definire debet ad normam legum constabilitarum.

Exercetur haec potestas per iudicium, quod definiari solet: *legitima controversia qua inter actorem et reum agitur, quoque per judicem cognoscitur, discutitur et definitur*. Ad iudicium ergo tres principales requiruntur personae: *judex, reus, seu illo qui juris laesi insimulatur, et actor*, nempe qui jus laesum redintegrare poscit, qui tamen aliquando, seu in causis criminalibus, est ipse iudex. Crimina enim ipsi ordini civili perturbationem inferunt, ac proinde eorum inquisitio, non minus ad castigationem, ad actoritatem huius ordinis servando ad vigilem spectare debet. — In iudicio sic sumpto ipsa controversia *litis* nomen accepit; *cavsa* est jus ipsum controversum; si illud jus in iudicium non defertur, dicitur *questio*. Per instantiam intelligitur litis mota exercitatio intra certum tempus absolvens. Plures sunt generatim instantiae, quia bono societatis expedit ut laesus possit in integrum restitu, quod quandoque nonnisi per plures instantias obtineri potest; judices enim sunt fallibilis.

Ordo judicarius est vel *naturalis* vel *civilis*: naturalis consistit in cognitione causa, iisque omnibus quae ad hanc cognitionem sunt necessaria, et in sententia ejusque executione; civilis ordo in formalitatibus a lege positiva

praescriptis consistit. Cognitio cause, quam ordo naturalis postulat, sita est 1^o in petitione actoris, 2^o in citatione et exceptione rei quoad jus aut factum, 3^o in probationibus earumque refutationibus, quoad res patitur: nemo enim debet condemnari, nisi se defendendi copiam haberuit.

Judicium civile dividit solet 1^o ex diversitate materiae in *petitorum* et *possessorum*, prout agitur de proprietate vel possessione.

2^o Ratione finis, in *civile* et *criminalis*, prout versatur vel in iuribus civium quae inter se collidi forte videntur, definiendis, vel in delictis et criminalibus dijudicandis et convenienter pena puniendis. Criminale est actum vel *civilitate*, si ei qui item movet, suam propriam utilitatem et securitatem querit, vel *criminaliter*, si ad vindictam punitum delicti tendat.

280. — Potestas judicaria tali instructa esse debet organizatione ut 1^o ad eam facilis aditus pateat, 2^o ut per culum erroris tum juris tum facti magis removeatur, 3^o ut brevissimo tempore lis finitur, 4^o denique ut minimum dannum parti qua succumbit, inferatur: haec ultima conditio etiam in criminalibus generaliter loquendo, reperiri debet. Justitia vindicativa utique debet laesum ordinem restaurare, atque dannum et dolorem ob actionem turpem rependere: sed defensio ordinis publici et vindicta publica per penas mites obtineri potest.

Hie animadvertisendum est effectum penarum triplicem esse debere: laesi ordinis restorationem, nocentis emendationem, exemplum pro omnibus. Itaque pena esse debent reparatrixes, medicinales seu emendatrices et exemplares. Has conditions evidenter postulat bonum societatis.

281. — 2^o De potestate coactiva. Potestas judicaria, non secus ac legislativa, est *mera directive*, cum hoc discrimine quod individua ipsa et bona singillatim regat; vim moralem utique adhibet, et ignorantiam legis pelit; sed haec vis militiam cohibere nequit. Eius ergo iudicia exequitur potestas coactiva, quae contumacias, vi externa adhibita, coerct, et exinde efficaciam dat potestati legiferae et judicarie.

Hinc potestatis coactivae naturale fundamentum est necessitas tutela ordinis socialis, ne finis consecutio impe-

datur. Itaque exercetur 1^o in omnes qui opere et malis exemplis ordinem socialem turbant, etiam si id vitio naturae tantum fiat, ut accidit in dementibus; 2^o in illos homines de quibus certius quodam modo judicari potest eos socialem ordinem turbatores esse.

Medium quod adhibet ad conservationem ordinis est pena. Pena est malum passionis aut privationis, delicti causa, etiam in invitox autoritate publica infictum, ut perturbando ordine sociali deterreantur. Debet omnes a perturbando ordine sociali deterreantur. Debet ergo mensurari a necessitate finis, ac proinde talis esse, quae ad finem certo ducat.

282. — 3^o In *administratione et gubernio* reipublice, supremus imperans veram realemque societatis perfectionem intendere debet. Porro sicut in homine duo principia interna reperiuntur, nempe *ratio et sensitibilia*, quibus homo moverit, ita etiam in societate, duplex moderator seu instigator, nempe ratio seu *bona ordinis moralis*, et sensitibilia, seu *bona ordinis materialis*, inventiuntur. Quando appetitus bonorum materialium, seu sensitibilium, pravaleat, societas, non secus ac individuus homo, est corrupta; si bonus ordinis moralis magis propendat, erit honesta, seu morum emendatorum.

Quibus de causis gubernium debet, quoad potest, studium bonorum moralium promovere, seu societatem a sensitibili ad rationem sensim attollere, etiam motivis sensitibilibus adhibitis, intuitu finis superioris. Administrari ergo qui bonis materialibus procurandis unice addicti sunt, *empirice* gubernant; qui e contra ordini morali promovendo incumbunt, recte et ad normam honestatis ac rationis populum regunt.

IV. De variis functionibus politicis ad invicem et de diversis formis regiminis.

283. — Multi legistae, post Montesquieu, separationem functionum politicas potestatis magno verborum strepitu posseunt, ut conditionem necessariam ad tyrannidem vietandam. Sed hic distinctione uti oportet inter ipsum jus seu potestatem et exercitum juris ac potestatis, firmo remanente principio quod in regime monarchical potestas legislativa soli regi conveniat.

1^o Quoad exercitum, illæ functiones diversa subjecta exigunt: nam generativi diversæ operationes diversa instrumenta requirunt, quibus exerceantur. Præstora dotes ad diversa hæc munia gerenda, in eodem subjecto difficultime cumularentur. Ergo commodius est ut diversæ functiones per diversa subjecta exerceantur, seu ut diversi homines ad diversas functiones politicas deputentur.

2^o Jus supremum ex quo functiones illæ dominant, unitatem subjecti postulat, secus unitas socialis, saltem realis et concreta, destrueretur. Unitatis enim in concreto spectata fons et principium est auctoritas (257); atqui auctoritas per se et concrete una non esset, si subiectum unum non informaret, siquidem non est concreta nisi in subjecto. Quibus de causis illud natura consequitur ut ius gubernandi penes aliquod subiectum residat, quod physicè vel moraliter sit unum quod funditus revertit hypothesis predictorum legislaturam qui non modo volunt ut diversæ personæ deputentur ad diversa officia, sed etiam ut functiones politicae, pula potestas legislativa et potestas executiva sint iura diversa, suprema et independientia in diversis subjectis. Inde politici recentiores tribunt in regime monarchical potestatem legislativam populo et executivam regi, contra principium: *Ad illum pertinet condere legem, ad quem pertinet ordinare ad bonum commune.* In doctrina politicorum nostrarum actatis sequeretur vel quod rex nequeat ordinare ad bonum commune, vel quod lex non sit amplius ordinatio rationis ad bonum commune.

3^o Hæc separatio esset utique medium efficax ad aliquid tyrannum revertendum, et ad consilia que contra societatem nefande molirentur, cohibenda, aut saltem eis, moram objiciendam, si obtineri posset; sed de se est medium subversionis, quod præsertim valet ad principem cordatorem et boni publici amatorem in justitia et bonorum moralium prosecutione perpetuo in suis viis irreducendum.

284. — Potestas, quæ in se spectata est complexus jurius quæ cuiilibet societati perfectæ pro ejus natura competitum, in subiecto aliquo residet.

Illi subiectum esse potest vel persona physica, seu homo individuus, vel persona moralis, seu cœtus plurimum

qui in unum conveniant. Porro ex hac diversitate subjecti supremæ auctoritatis, oriuntur diverse formæ regiminis, quæ proinde, respectu ipsius potestatis, seu hujus complexus jurium, sunt aliquid accidentale : hinc potestat nihil additur, nihil deminut per numerum majorem aut minorum hominum qui illam possident.

Præterea etiam respectu finis socialis, generatim loquendo, bonitas guberniæ non absolute pendent e forma regiminis, quia hæc forma instrumentum est, cuius bonitas vel malitia manat ex honestate intentionis. Ergo hæc diversitas formarum est aliquid accidentale : itaque, licet ipsa potestas politica sit a Deo, tamen ejus determinatio ad certum modum regiminis est ex arbitrio humano.

Disceptatio ergo de variis formis guberniæ logicè venit post explorationem supreme potestatis in se et absolute spectatae.

285. — Plato (1) et Aristoteles (2) jam docebant tres esse formas simplices recte gubernationis, nempe *monarchiam, aristocratiæ et democratiæ*. Si enim multitudo gubernanda est, fieri non potest quin uno aut altero ex hisce tribus modis gubernetur : aut unus præficiatur, et tunc monachia erit; aut aliqui de multis, quo casu habetur aristocracia; aut denique omnes omnino, et tunc regiminis est democraticum.

Sed ista forme possunt inter se quasi permisceri, ex qua permixtione oriuntur forme mixte, quæ proinde ex simpliciæ, aut omnium, aut duarum, junctione resultant; sic hodiernus *parlementarismus*, ut aiunt, quo quidam conventus seu senatus a populo electus supremam obtinet potestatem, ita tamen ut apud se retineat et per se exercet tantum legislativam potestatem, delegata uni vel pluribus potestate executiva, non est aliud quam quedam forma aristocratie. Hæc forma nullo modo conciliari potest cum monachia, siquidem tota suprema potestas est in senatu (assemblée, parlement), et ipsa potestas executiva que sola remanet penes regem, subiicit huic senatui, qui suis suffragiis approbat vel improbat

(1) In Polit. 7.

(2) L. III, Polit. c. 5.

actus prædictæ potestatis, que parere debet. officium resignare debent illi regis ministri qui in modo gubernandi vituperatione senatus solemnni reprehenduntur. Inde rex modo subordinato tantum posset suam auctoritatem exercere, et ideo non esset supremus imperans.

286. — THESIS I. *Absoluta consideratione, ex formis simplicibus præstalissima est monarchia pura; tamen, propter humane nature corruptionem, aliquid utilius est regimen ex omnibus tribus formis temperatum.*

Probatur 1^a pars. Illa forma regenda multitudinis est melior qua 1^o commodius et facilius propositum finem assequitur, atque 2^o potentiore et fortiore rempublicam facit.

Atqui id competit potissimum monarchiæ : etenim 1^o finis gubernationis est civium conjunctio et pax, seu unitas intellectu, voluntatum et virium; sed in monarchia unitas firmior vi regiminis obtinetur.

2^o Major conjunctio virium fortiorum rempublicam facit; sed conjunctionem firmiorum præstat natura sua monarchia. Itaque absoluta consideratione monarchia pura ceteris omnibus formis antecellit.

Id confirmatur 1^o ex gubernatione et providentia totius universi, quam oportet esse optimam, porro hac gubernatio est monarchia; 2^o exemplo Christi in institutione Ecclesiæ, cuius regimen est monarchia.

Probatur 2^a pars. Ea utilior est forma quo subditis gratio fit et abusum pericula magis removentur; sed monarchia, aristocratiæ et democratiæ mixta, generatim est gravior, quippe cum omnes illud genus regiminis magis ament ejus participes esse possunt; deinde in temporibus corruptionis populorum et principum magis removet abusum pericula, quia consilio plurim utitur et quibusdam limitibus ratione cujusdam veluti conflictus inter diversos potestatis ministros, coercetur (1).

287. — *Scholium.* Monarchie contrarium vitium est tyrannis; aristocratiæ, olygarchia, quæ est factio paucorum; democratiæ non raro in seditiones et perturba-

(1) Bellarm. de Rom. Pent. 1, 1, ch. 1-4.

tiones politicas degenerat : verum demoerata pura non est nisi forma mere theoretica.

288. — *THESSIS II. Pro determinato populo forma illa est preferenda qua præ ceteris aptatur consuetudinibus et indoli hujusce populi.*

Nota. Id unanimi consensu docent omnes auctores, alii in rebus inter se aliquin discrepantes.

Probatur 1º Ex ipsa experientia ostendentes diversas gentes sponte naturæ illas formas appetere sue indoli magis respondentes.

— 2º Ratio agendi qua uni homini convenit, illumque adducere ad pleniorum perfectionem, si aliis imponeatur, eisdem nocere posset illosque deprimeri : homines enim diversi diversa ratione dicuntur, diversis motivis particularibus ad agendum moventur, diversis administriculis fulciuntur. Itaque non eodem modo reguntur tum seorsim sumpti, tum in societate coadunati. Ergo forma guberniæ aptior illa est qua cum indole talis gentis magis congruit.

289. — *Scholium.* Forma regiminis qua apud populos legitimitate gaudet et in subjecto certò residet, est pro illis aptior, quia paci et stabilitati ordinis magis consult : obedientia enim non ad incertum terminum, ac proinde diversum pro diversis subditis, sese fert, quando subjectum in quo jus imperandi residet, est certum. Tunc nullum exsurgere potest honestum desiderium novæ formæ regiminis, cum forma existens pro se jux habeat, nullaque inquisitio subjecti particularis institui potest, cum subjectum non sit incertum.

CAPUT II

DE SOCIETATE RELIGIOSA.

In hoc capite agemus 1º de societate religiosa in se spectata; 2º de supreme potestate ecclesiastica.

ARTICULUS I.

De societate religiosa in se spectata.

290. — Societas religiosa, seu Ecclesia, potest considerari 1º quoad suum *statum internum*, nempe quoad internam structuram quam a suo fundatore accepit, 2º quoad *statum externum*, scilicet quoad necessarias relations quas habet cum aliis societatibus. Equidem istæ relations externæ ad conceptum aliquius societatis natura sua universalis pertinent, quæ in sua materiali diffusione omnes gentes omniaque regna ac singulos homines complectitur, aut complecti debet. Inde fit subjectum Ecclesie idemcum sit cum subjecto aliarum societatum : ergo vi illius identitatis subjecti seu subditorum necessarias habet relations cum diversis societatibus. Ecclesia igitur non potest in concreto considerari quin oculis afflugeat ejus status externus, neque dilucido cognosci quin hic duplex status expendatur.

§ 1. De statu interno Ecclesie.

291. — Licet Ecclesia sit ordinis supernaturalis, tamen homo natura sua ad hanc societatem aliquo modo ordinator : cum enim anima humana sit immortalis et bona alterius vita, nempe suum finem ultimum, sponte naturæ appetat, qui limites et facultates societatis civilis longe præterreditur, necesse est ut homo media et auxilia idonea inquirat assequendi suum finem ultimum, nempe Deum ipsum ; sed societas quæ hec media et auxilia suppeditat, religiosa appellatur, quia ejus objectum est religio (148), et est ipsa Christi Ecclesia.

Si religio esset mere naturalis, societas ipsa naturalis foret ; si autem religio, quæ a Deo ipso proponitur ut unicum medium salutis, est supernaturalis, ipsa societas reli-

giosa erit supernaturalis. Supponimus hic ex theologia constare religionem christianam esse divinam revelatam et unicum medium salutis, et Christum, filium Dei unigenitum, suam Ecclesiam ordinasse. Ex hoc facto exordimur ad conceptum societatis religiosae philosophie evolvendum. Considerabimus in presenti paragraphe essentiam Ecclesiae et elementa quibus constat.

202. — THESIS I. *Societas religiosa est homini præ civili necessaria.*

Probatur 1^o Ex superiori dictis de necessitate revelationis, etiam quoad ea que spectant legis naturalis cognitionem, liquet omnes homines illius notitia indigere; porro revelatio hominibus non communicatur nisi per societatem religiosam, que officium habet ducenti omnes homines ad salutem aeternam. Ergo haec societas est homini præ civili necessaria.

2^o Homo eo magis indiget auxilio aliorum quo bonum quod appetit, est nobilis et ulterius; atqui bonum quod constitutum finem societatis religiosæ est bono communio, quod prosequitur societas civilis, ulterius et longe nobilis: est enim felicitas eterna. Ergo...

3^o Si speciali modo attendamus quod finis ultimus hominis sit supernaturalis, et medis ad ipsum ordinata solius Ecclesia propria, sole clarus constabit hominem absolute indigere auxilio Ecclesie. At societas civilis non est homini absolute necessaria. Ergo...

203. — THESIS II. *Ecclesia est societas visibilis et perfecta.*

Probatur 1^o pars. 1^a Si Ecclesia non esset societas *externa et visibilis*, profecto nec societas realis et humana foret: homines enim non sunt puri spiritus, qui sine ullis signis sensibilius, consociari possent seu inter se communicationes mutuas habere, itaque si in societatem aliquam convenient, necesse est ut hec societas sit externa et visibilis, media sensibilius adhibeat, etc. Atqui Ecclesia est societas realis, ut constat 1^o ex facto, 2^o ex positiva Christi institutione, qui illi formam determinatam dedit, 3^o ex absoluta ejus necessitate pro omnibus et singulis

hominibus. Est societas humana: agitur enim de hominibus, et quidem in statu viæ, ac proinde constantibus corpore et animo. Ergo...

2^o Cultus debet esse externus et publicus (144, 145); atque cultus ad societatem religiosam pertinet. — Ergo et haec ipsa societas externe et visibilis esse debet.

Probatur 2^o pars. Societas dictur *perfecta* que 1^o positive est in se definita et completa, ac proinde media ad suum finem obtainendum sufficientia in semetipsa habet, et 2^o negative, non est membrum alterius societatis nec cum alia confusa: sub priore respectu considerata debet ergo sua media proprio ac originario jure possidere, ita ut eadem ab aliâ societate nullo modo recipiat. Atqui Ecclesia, qua est societas natura sua suprema, et ad aliam quamcumque non ordinatur, media ad finem consequendum necessaria habere debet; si est supra, ad aliam evidenter non refertur, seu non potest alii subesse; si nullo modo ad aliam ordinatur, jure proprio et originario sua media possidet.

Sed Ecclesia est societas suprema, quia finis ejus est supremus, qui est adeptio vite aeterna, seu finis ultimus ipsius hominis, cui ali omnes fines ordinantur. Ergo societas ecclesiastica ad aliam non revocatur, ac proinde in semetipsa habet media ad suum finem consequendum necessaria.

204. — *Corollarium.* Ergo societas ecclesiastica jus habet possidendi bona temporalia. Nulla enim potest dari societas externa et visibilis quin ipsi competit, jus stabile proprietatis: Bona enim temporalia Ecclesie necessaria sunt, tum 1^o ad cultum publicum promovendum, tum 2^o ad sustentationem ministrorum cultus, tum deinde 3^o ad operi caritatis et pietatis. Porro hec tria ita cum missione propria Ecclesie coherent, ut sine stabili possessione bonorum temporalium, haec societas non possit incolimetur et pacifice subsistere.

205. — THESIS III. *Ecclesia est societas realiter distincta a societate civili, eaque longe excellentior.*

Probatur 1^o pars. 1^a Id jam fluit ut corollarium ex superiori propositione; nam si Ecclesia est societas com-

pleta et perfecta, certo non erit pars alterius societatis.

2º Societas quarum fines sunt diversi et elementa diversa, profecto inter se differunt: euslibet enim societas ratio inde dimanat ut homines, collatis viribus, quadam bona, ab omnibus legitime expetita, acquirant, que singuli scorsim sumpti consequi non valerent. Atqui bona quæ constituent finem Ecclesie sunt diversa a bonis in quorum possessione reponitur finis societatis civilis; Ecclesia enim prosequitur bona aeterna; finis societatis civilis temporali felicitate contingit.

3º Membra Ecclesie sunt homines per totum orbem diffusi, dum membra societas civilis sunt homines determinate regionis. Ergo etiam ratione subditorum datur inter utramque societatem distinctio.

4º Media societatis civilis sunt mere naturalia, dum media, saltem essentialia, societas religiosa sunt supernaturalia. Ergo istae societates certo inter se differunt.

Probatur 2^a pars. Societas illa est nobiliora cuius finis est altior, media nobiliore, extensio major; atqui Ecclesia sub hoc tripli respectu societati civili prestat, ut constat ex dictis (288, etc.) Ergo Ecclesia est societas nobiliora societate civili.

.296. — *Scholium.* Ex dictis etiam elucet legitimas omnes societates duabus que maxime sunt, contineri, Ecclesia ipsa et societate civili (1), nam bona quæ ab hominibus legitime expectantur, esse non possunt nisi vel aeterna vel temporalia.

297. — *De organica Ecclesie structura.* I. Fundamentalis Ecclesie constitutio venit a Christo, ac proinde est divina et immutabilis; est tota supernaturalis, ideoque finem habet supernaturalem, modis supernaturalia, imo et principium internum, a quo veluti informatur, supernatural. Quia de causa, dicunt Theologi, Ecclesiam ad instar individui physici constare anima et corpore, nempe parte invisibili, vivificante et informante, que est omnis operatio invisibilis et supernaturalis Dei ad extra intuitu sanctificationis hominum, — et parte visibili, externa et vivificata, id est, ectu fidelium et mediis sensibilibus.

(1) P. Tarquinii, *jus eccl. publ.* sec. 2, art. 2.

Principia hæc supernaturalia, nempe virtutes theologicæ et dona Spiritus Sancti, cum omnibus gratiis internis, una cum activitate naturali hominis, constituant in singulis membris fontem adaequatum operationum socialium, que proinde etiam *ratione principi subjektivi* tota celo differunt ab operationibus socialibus in ordine civili. Hæc duo elementa constituant veluti essentiam physicam Ecclesie.

Inter animam et corpus Ecclesie datur *commercialis*: anima corpus vivificat et corpus in animam quodam modo reagit, non secus ad humano individuo. Inde exsurgit activitas seu vita supernaturalis, tum interna, tum

externa.
II. Ab ipsa essentia diminant quedam proprietates essentiales, que sunt 1^o *unitas*, quia Christus unicam fundavit societatem, que perdurare debet usque ad consummationem saeculi; 2^o *sanctitas*, origo enim est sancta, finis sanctus, media sancta; 3^o *catholicitas*, quia Ecclesia est una respectu totius generis humani, quod sanctificare debet; 4^o denique *apostolicitas*, quia apostoli fuerint administrari Christi in diffusione Ecclesie. Sed iste proprietates præter statum internum, quem habent, prout sunt veluti explicatio conceptus essentiae Ecclesie, habent etiam statum phenomenonico, quo exterior veram Christi Ecclesiam patet faciunt. Dum sumuntur praे illo statu phenomenonico dicuntur *notæ* Ecclesie, quia hanc Ecclesiam omnibus notam faciunt.

At Ecclesiam suam Christus ornavit quibusdam prærogativis, que in ordine ad conceptum essentiae spectatae, sunt veluti superadditæ: *dotes* Ecclesie, a theologia appellari solent, que sunt numero tres: *indefectibilitas* in existendo, *infallibilitas* in docendo, *auctoritas divina* in regendo.

III. Ecclesie, quoad corpus speciatim spectatae, duo sunt elementa: personæ et res sensibiles que etiam dicuntur media. Personæ in duplice classem pertinunt: multitudine fidelium, nempe sociorum (qui in numero quo censentur, laici dicuntur) et sacer principatus, cuius membra clerici nuncupantur: sunt ii quibus cura finis proximi Ecclesie, nempe sanctificationis animarum sit demandata. Hæc sanctificatione ex Christi constitutione obtinetur per

sacramenta, accende tamen *cooperatione* hominum per realem fidem et bonam vitam.

Inde media societatis ecclesiastice quibus finis proximus obtinetur sunt sacramenta, que vi intrinseca producendi gratiam praedita sunt, *predicatio*, que fidem et mores populi christiani dirigit ad normam revelationis divine. Jam vero potestas ecclesiastica, prout sacramenta dispensat, dicitur *potestas ordinis*, prout operations fidelium regit intuitu hujus sanctificationis, dicitur *potestas jurisdictionis*.

Potestatem jurisdictionis exercet sacer principatus rendo leges, quarum objectum *formale*, seu finis intrinsecus, est proxime sanctificatio animarum, remote vita eterna, et objectum *materiale* duplex, nompe 1º dogma seu definitiones fidei, 2º disciplina seu moderatio actionum juxta fidem.

Dogma, juxta vim vocis, est veritas inconcussa; sed haec vox, dum adhibetur ad veritates ordinis supernaturales significandas, potest definiri: Veritas certe a Deo revelata. Et hec certitudo absoluta acquiritur per magisterium infallibile Ecclesie; unde dogma explicatus potest definitione declarari: *Veritas certe a Deo revelata, firmiterque credenda ab Ecclesia proposita*. Dogma illud est veritas speculativa vel practica: v. g. Deus est unus et trinus. Deus est colendus.

Disciplina, etymologice spectata, est norma agendi; sed prout est objectum legum ecclesiasticarum definiri potest: *praxis agendi secundum fidem*, nempo secundum dogma. Consistit ergo in determinatōne relationis inter factum particularē, seu actionem humananam, et veritatem credendam.

Talis est igitur moderatio interna societatis religiosæ prout sumitur, non iuridico et abstracte, sed historice et in concreto. Et haec temperatio interna apprime respondet conceptui iuridico societatis religiose quo finem supernaturalem habeat. Etenim.

1º Finis supernaturalis expostulat media supernaturalia, qualia sunt sacramenta;

2º Idem finis non potest naturaliter cognosci, itaque supponit revelationem, et revelatione semel facta in tempore

non potest ab hominibus indubitate cognosci, sine inter-nuntio in quem error nunquam cadat; igitur renuntiatio revelationis supernaturalis expostulat magisterium infallibile, quod ultimum finem sine erroris formidine semper ostendat, aliis verbis, regulam credendi viventem semper que agentem, quia homines quotidie salvari debent. Supremus et infallibilis magister Ecclesie est summus Pontifex.

3º Non modo regi debet fides quoad finem ultimum, verum etiam media absque ulla deceptione ostendit debent et applicari. Ergo requiritur potestas docendi et potestas ordinis.

4º Actiones non modo interne debent moderari intuitu finis ultimi, verum etiam operationes externas dirigiri debent efficaciter ad boni communis adepctionem, quod potestatem disciplinarem requirit.

§ II. De externo Ecclesiae statu.

I. De statu externo normali, seu ex ipsa rerum natura efflorescente.

208. — Jam ex dictis (201) constat Ecclesiam esse societatem a statu politico independentem: ejus finis est superior et nobilior; porro ex fine determinantur natura et relationes eiusque societatis. Præterea Ecclesia est societas supernaturalis et immutabilis, dum societas civilis est naturalis et mutabili; sed supernaturalis profecto non est obnoxium naturali, nec immutabile, mutabili.

Ex altera parte status politicus, *in suo ordine* rerum mere temporalium, remanet independens ab Ecclesia, quandiu nihil agit contra ejus prerogativas et jura. Utrisque enim societas est distincta origo: una est a Deo, ut auctore nature; altera vero immediate a Deo, ut auctore ordinis supernaturalis: distinctus etiam est finis, licet inter utrumque sit arcta conjunctio (201). Societas civilis facultatem habet a Deo, vi naturæ, efficiendi quidquid ad terrenam felicitatem sociorum conferit, ac proinde jus mortali sibi vindicat regendi negotia temporalia respectu finis temporalis, licet non sine ordinatione, saltēm negativa, ad

bonum spirituale subditorum. At res temporales *sub respectu finis temporalis* sunt præter finem Ecclesie. Fundamentum enim facultatis exigendi aliquid a subditis sicutum est in necessario rei precepto nexus cum fine societatis (270). Itaque status politicus in suo ordine potest dici aliquo sensu independens ab Ecclesia.

Verantamen ordo rectus postulat ut bonorum temporali prosequutio quodammodo non exsorbeat, ut ita dicam, felicitatem aeternam; inde, si status politicus vellet actionem Ecclesia præpodire, et bona spiritualia submoveare, ad se trahendo quicquid est temporale, id evidenter esset contra ordinem, qui decernit spiritualia bona bonis corporis legem dare. Ergo etiæ societas religiosa et civilis, in proprio ordine dici possunt, independentes, tamen in materia mixta, status politicus Ecclesia cedere debet, secus iactura fieret boni infinite superioris in communitate boni infinite inferioris, sed temporalia et caducis bona spiritualibus et aeternis anteponentur. Inde generatim concludere possumus societas civilem absolute loquendo subordinari Ecclesie (291).

290. — Sed, ut haec primaria distinctius definatur triplex animadvertenda est majoritatis ratio : 1^o *primaria sine jurisdictione* in societatem inferiorem; 2^o *cum jurisdictione*, plena et directa, ita ut societas inferior absolute et directe sub sit superiori, quo prouide potest hanc inferiorem in rebus omnibus regere et ordinare; 3^o *cum indirecta jurisdictione*, quod habetur quando societas superior non nisi per accidens in inferiorem exercere potest suam potestatem, nempe dum propria conservationis et liberae actionis necessitas id postulat. His prælabilatis, ad applicationem devenire oportet, incipiendo a jure absoluto et directo Ecclesia in omnes homines seorsim sumptos, ut postea relationes ipsarum societatum, ut sic, æquo pede stabilire possumus.

300. — THESIS I. *Ecclesia jus habet se propagandi per universum orbem, etiam relinquenti civili potestate.*

Probatur. 1^o Ex universalis jurisdictione, quam Christus Ecclesia contulit : id theologi probant.

2^o Id etiam deducitur ex natura et essentiali officio

Ecclesie. Societas enim religiosa, quæ ex hypothesis est una (293), debet omnes homines salvare, seu totius generis humani sanctificationi invigilare, ideoque ratione subjecti est universalissima; atque evidenter competit societati superiori et independenti jus repetendi propria membra et libere communicandi cum suis omnibus subditis : omnes homines sunt virtualiter vel formaliter subditi Ecclesie, quia omnes ad salutem aeternam sunt vocati, et nemo finem ultimum diversum habet ab illo quem prosecutus Ecclesia. Ergo Ecclesie jus inviolabile competit esse diffundendi in universum orbem.

301. — *Corollarium.* Ergo a fortiori jus habet sese constitutendi in locis ubi sunt fideles; non potest enim se propagare nisi secundum suam immutabilem constitutionem, ideoque propriis subditos regit secundum hanc constitutionem quæ immutari nequit sive ab ipsa, sive ab aliis. Inde sese evolvere debet juxta propriam naturam.

De iuriis ecclesiis in societatem civilem ambitu.

302. — Nunc speciali modo quaerendum est quoque legitimi pretendi possint iura Ecclesie in societatem civilem. Triplex societatis civilis species respectu Ecclesie distinguenda est, nempe 1^o societas civilis *infidelium*, 2^o societas civilis *hereticorum*, 3^o societas civilis *catholicorum*. Probata utique generatim et veluti in abstracto primatia societatis religiosa præ civili (294), speciali modo in presens id definendum est.

I. De iis qui foris sunt, seu de infidelibus, Ecclesia non judicat (1), ideoque societas infidelium est penitus extra Ecclesiam, et legibus pure ecclesiasticis non obstringitur, que unice respiciunt subditos ; sed jus divinitus collatum certe Ecclesie competit convertendi infideles, ut constat ex dictis, seu bellum perpetuum indicendi societati infidieli, quæ religionem falsam profitetur. Potest perpetuo immittente sacros bellatores in dominium ejusque societatis infidelibus constantis; est ergo status belli perpetui, non autem pacificarum rationum; caritas Ecclesie infatigabili cura urget omnes infideles.

(1) I Cor. 5, 12.

II. Hæretici, absolute loquendo, subjiciuntur jurisdictioni Ecclesiae, quia, ut ait effatum juris: *Nemini fraud et dolus patrocinari debet*; porro hæretici causa criminis sunt extores ab Ecclesia. Diximus absolute loquendo: nam dantur quadam circumstantiæ in quibus exercitium jurisdictionis ecclesiastice gravissima gigneret incommoda pro heterodoxia, et tunc Ecclesia que charitatem iudeo nequit, nolle censenda est suis legibus obstringere hæreticos.

III. Etiam quoad *societas fidelium*, valet generalis doctrina superius declarata (204); itaque in res temporales sub respectu finis temporalis consideratas, Ecclesia nullam auctoritatem directam habet, imo nec indirectam: quia aliquid, sub hac precisa ratione finis temporalis, nullum respectum habet ad finem Ecclesie; et ex probatis hoc loco, inferre jure licet:

1º Quibus in rebus etiam temporalibus ratio finis spiritualis concurrit, sive per se, sive per accidens, civilis societas Ecclesie cedero debet, quia media eodem modo inter se coordinari debent quam fines ad quos ordinantur.

2º Principes christiani religionem tueri debent, tum 1º quia sine morum probitate et sine religione, ipsa felicitas temporalis diu subsistere nequit; tum 2º quia felicitas temporalis, ut sit recta et ordinata, ad aeternam referri debet: quilibet enim civis hanc duplicem felicitatem prosequitur, ideoque nequit prior tantum adhaerere, relicta altera. Itaque ordo postulat ut princeps catholicus ita felicitati temporali propiciat, ut tamen hic ad aeternam ordinetur sive positive sive saltē negative.

3º In exercitu hujus officii quoad religionem tuendam adstringuntur principes catholici (240); ipsi tamen iudicia Ecclesie anteverttere nequeunt, secus directam auctoritatem in res religiosas arriperò conarentur, que nullo modo eis competit.

303. — THESIS. *Status politicus atheistus esse nequit.*

Nota. Nonnulli legistæ putant statutum politicum a religione esse planū separandum, etiam in societatis christiani, ita ut indifferentem se omnino prebeat in his quæ pertinent ad religionem. Hæc exitialis doctrina

atheismus legalis vocari solet, quia docet regimen societas civilis debere ita se gerere ac si nulla esset revelatione supernaturalis, nullusque Deus.

Probatur I. Resultat ut corollarium ex superiori dictis tum de officio tuendi religionem quo obstringuntur principes christianus, tum (145) de cultu sociali qui debetur Deo; status politicus, ut sic, Deo subiectus est. Deinde sine religione tranquillitas socialis et pax, quæ est maxima pars felicitatis temporalis, diu consistere nequit. Solitus ab omni lege divina et morali conscientis, iam ad ommnia officia vita civilis et politica sustinenda remaneret sola vis materialis, quæ non sufficit, et ceteroquin tyrannidem intolerabilem infert.

II. Constat quia ex *ipsa rerum natura* Ecclesie et status politicus intime conjungi debent. Etenim non possunt rationabiliter *separari* societas quarum fines non sunt mutuo separati, et quarum idem sunt subditæ: etenim 1º fines ad invicem intrinsecus ordinati nequeunt per voluntatem aliquicunque potestatis humanae aliter mutuo se habere, eodem pacto ac effici nequit ut circulus sit quadratus; 2º si idem sunt subditæ, nempe si idem homines sunt socii utriusque societatis, certo effici nequit ut in idem *civis* separatur a *fideli*, seu idem homo a se-metipso.

Atqui 1º finis societatis civilis est medium respectu finis Ecclesie: societatis enim civilis scopus est felicitas temporalis, quatenus est propria hominis; sed temporalis felicitas hominis ad finem ultimum, seu ad felicitatem aeternam certo ordinari debet, non secus ac grossus via-triusque societatis, ut per se patet.

Ergo separatio status politici ab Ecclesia est aliquid pugnans contra essentialiem rerum ordinem. Quia de causa ait Beccanus (1): « Illud statuendum est contra politicos, reges et principes christianos non ita debere sua regna ac provincias administrare, ut omnem religionem et Ecclesie curam abjiciant, tamquam nihil ad se pertinentem, et usurpent illud donatistarum: quid imperatori cum

(1) Duell. de primata regio I, 3, c. 8.

Ecclesia? quod tantopere reprehendit Augustinus lib. II.
c. litt. Petil, c. 92. »

III. Ordo politicus et societas civilis non est independens a Deo; sed voluntas Dei absoluta est ut omnes homines verae religiones se subjiciant, cultu publico suum supremum Dominum et crearent colant. Ergo voluntas Dei absoluta est ut ordo politicus veram religionem profiteatur, cultumque publicum supremo Domino omnium rerum reddat.

304. — *De libertate cultuum.* Ex thesi superiori probata (collatis n^os 145-146) nonnulla erui possunt corollaria circa libertatem cultuum, ut aiunt, et libertatem conscientiae.

1^a Qui libertatem cultuum propugnaret tanquam *principium aequitatis naturalis*, Dei ipsius positive jubentis imperium manifesto recusaret: sicut enim religio vera ac supernaturaliter revelata est necessario una, ita cultus verus deo gratia unus esse debet; cultus, quem Deus ipse ab omnibus exigit, non potest esse indifferens ad salutem: « Qui non est mecum, ait ipsa Sapientia aeterna, contra me est. » Itaque doctrina de religionum indifferentia, qua auferit omnime distinctiones erroris et veritatis, est omnino reprobanda.

Praterea, cum hie agatur de ordine rerum essentiali et immutabili, atque de absoluta Dei voluntate supernaturaliter manifestata, liquet sequentes propositiones falsas esse: 1^a « Aetate hac nostra non amplius expedit religionem catholicam haberi tanquam unicam status religionem, exteris quibuscumque cultibus exclusis. »

2^a « Hinc laudabiliter in quibusdam catholicorum nominis regionibus lege cautum est, ut hominibus illuc immigrantibus licet publicum proprii cuiusque cultus exercitum habere (1). »

Aetate nostra, sicut omnibus etatibus, status politicus non secus ac singuli homines, subjetat praeceptis divinis, que ut vim habeant, non egerint confirmationes principium et populum. Deinde cultus falsus ac mendax est abso-

(1) Prop. 77, 78, damnata in syll. Encyclica. Qua cura annexo.

lute reprobatus a Deo, adeoque jus habet nullum ad liberum ac publicum exercitium.

2^a Verumtamen, ex hac certissima doctrina non licet statim in *casu aliquo particulari*, contra aliquem austero nimis more concuderet principem, qui libertatem cultuum permitteret; nam quandoque talia inventiuntur adjuncta, quae obligationem etiam absolutam supremi imperantis tollunt, juxta sequens principium: *ad impossibile nemo tenetur*, quod etiam valet quando agitur de praecetto divino. Porro in praesens agitur de lego divina, adeoque sola impossibilitas proprie dicta potest statum civilem eximere ab obligatione re et actibus obtemperandi huic legi: hinc libertas cultuum potest quandoque tolerari, ratione juris obtinere, pro falsis ac perversis religiobus, nunquam. Hec ergo libertas omnium cultuum, ut status normalis ac legitimus propugnata, est absurditas in quantum ordinem rationis subvertit, et simul doctrina implia quatenus obedientia erga Deum jubentem detrahit. Itaque status politicus tenetur veram religionem verunque cultum inquirere et servare, adeoque ab omni falso cultu se expedire.

3^a — Ut paucissimum contrahamus totam hanc doctrinam, dicere oportet:

1^a Libertatem cultuum a nemine posso asseverari tanquam principium aequitatis naturalis: « que est peior mors anima, at S. Augustinus, quam libertas erroris (1). »

2^a Occurrere tamen posse quedam adjuncta in quibus potestas suprema politica non teneretur prohibere falsos cultus: propter ingentia pericula, seu moralem impossibilitatem leges vigentes immutandi, libertatem cultuum adhuc existentem relinquere posset, dummodo verae religionis exercitum sit reapse liberum.

3^a Inde liquet equivocari esse distinctionem a nonnullis recentioribus inventam inter *jus et factum*, ac si de iure, seu, ut illi interpretantur, in solo *ordine abstracto* et theoreto, libertas illa esset contra jus, dum in ordine concreto et in praxi esset indiscriminatum res omnibus reipublicae gubernatoribus licita. Nemo enim non videt

(1) Ep. 66.

BREV. PML. T. III.

quam pugnans sit haec doctrina, per quam quisque teneatur talia principia practica theoretice affirmare, quæ in praxi pro libito posset missa facere : docent ergo catholici liberales id esse simpliciter theoretice verum quod est simpliciter practicæ falsum, id esse absolute ac intrinsecæ illicitum quod tamen practicæ et in ordine executionis est universim licitum.

Itaque hic opus est distinctione : si de *facto particulari* ageretur, nempe de statu hujus vel illius nationis, gravioribus impedimentis irretite, licita esse posset lex aliqua libertatem cultum tolerans, *conc.*; si ageretur de *facto generatim sumpto seu de ordine practicæ universi* accepto, certo debemus negare libertatem cultum rem licitam esse ; nam hec hypothesis in ipsum jus recidit, et negot potestatem vel voluntatem Dei societatis politici, ut sic, imponendi obligationem religioni verae parendi.

Ad conclusionem effugientiam adversarii aliqui catholici objiciunt : Potestas politica non est judex controversiarum fidei. Ergo se immiscere nequit rebus fidei et religioni. Sed facile est confutatio hujus difficultatis : Itaque respondeo, *Conc. antecedens; disting. consequens* : Nequit se immiscere... ut judex definitio quid sit credendum vel agendum. *Conc.* Non tenetur se subiecere, sicut singuli homines privatum sumptu, vero cultui et rebus fidei, iuxta Christi præceptum : « Qui non crediderit, condemnabitur. » *Neg.* Potestas ergo politica veram religionem *simpliciter proficitur*, sub ductu et magisterio Ecclesie, et si præxi et exemplo jam dannat falsas religiones. Qui affirmaret potestatem politicam non teneri ad veram religionem inquirendam et agnoscendam, quia id peragere nequeat, a fortiori affirmaret id impossibile esse singulis hominibus (154). Qui etiam affirmaret potestatem politicanam non ligari præceptis Ecclesie, eo ipso negaret statum politicum Deo ipsi Ecclesiam constituentis subordinatum esse.

306. — II. *De libertate conscientiae.* 1^o Ex dictis consequitur libertatem conscientiae, prout a modernis liberaliis accipitur, esse in manifesta oppositione cum lege divina. Per libertatem enim conscientiae intelligent facultatem qua homo quilibet frueretur libere profitendi

ordine externo et publico suam fidem, ac quovis cultu suam in Deum religionem manifestandi (1).

Sed ut a nomine incipiām, nemo non videt quantum sit equivocata et falsa ipsa haec appellatio. Per libertatem enim conscientiae intelligent immunitatem a qualibet coactione in ordine externo et publico, quoad res religiosas; conscientiae ergo nomine directe veniunt operationes externæ et corporeæ. Si autem vocabulum ipsum actus conscientiae designat, haec nominis impositio certo non fit nisi *indirecte* et *per accidens*, scilicet ope relationis actuum exterorum cum internis animi motibus, qui coactionem pati nequeunt. Ergo appellatio rem nominata aut nulla modo aut non nisi *indirecte* et *per accidentem* reipsa designat.

Sed vocis equivocatione abutuntur adversarii ad considerando per modum unius internos et externos actus, et ad tribendum actibus externis et publicis omnes dotes operationum mere internarum ac spiritualium : inde emergit confusio libertatis interne et psychologiam cum libertatis exercitio in ordine externo et publico (2).

Sed tota haec doctrina, generatim spectata, ut postulatum necessarium manifesto supponit 1^o omnes religiones esse sequæ veras, et veritatem absolutam nullatenus existere, necnon Deum nullum determinato modo ab hominibus collati esse; 2^o nullum divinitus institutum fuisse magisterium in ordine externo ad regendum fidem et mores; 3^o fidem nihil aliud esse quam *sinceritatem* subjectivam existimationum seu opinionum, quo alieni realitati externe seu veritati obiective respondere non obstringerentur; quorum omnium falsitas constat ex haec probatis.

1^o Argumenta quibus hanc libertatem tueri conantur etiam nonnulli politici, corda et voluntate catholici, putidas redolent equivocationes : 1^o cultus externus dobet responderi internis cuiusque cogitationibus, seu cultui interno. Resp. *disting.* si istae cogitationes sunt rectæ, seu ille cultus internus est verus, ac sincera illa forma a Deo omnibus imposita, *conc.*, secus, *neg.* : nam ordinem

(1) Jules Simon, *La liberté de conscience*.

(2) Vid. *Principes de 89.*

publicum ac communem agendi rationem, veritati perfecte consentaneam, nemini turbare profecto licet ea sola ratione innixus quod ipse distorte cogitare velit. Praeterea Deus non dedit omnibus facultatem sibi ab arbitrio condendi cultum, sed omnibus impositi officium amplectendi formam religiosam divinitus praeceptam (154). Ratio ergo adversariorum procedit a doctrina *puri rationalismi*.

2° Non licet, inquit, vim inferre conscientiae cuiuscumque hominis, que est sacramentum intemerandum, siquidem id omne quod est contra conscientiam, peccatum est. *Resp.* Et de facto nullus homo unquam potuit vim inferre conscientiae proprie dicta, seu cuidam operationi internae, *conc.*; nemo potest impedire quin conscientia erronea libere erumpat in actus externos et publicos falsis cogitationibus ac perversis dogmatibus consentaneos, immo nullus potest conscientiam erroneam ad veritatis trahit reducere, *neg.* Certo potestas publica potest impedire actus externos et publicos qui bono communal officient, et ad rectam legum diuinaram et humanarum executionem devios cogere. Praeterea sequitur profecto non violat auctoritas dum bono alienius homini prospicit, illum accendendo et quadam tenus adiungendo ad conscientiam erroneam deponeantur, aut saltu impediendo cum actibus repetitis et publicis illi callum obducat, et presentem alios cives ad pravum suum errorem trahat. Generatim ergo sufficit animadverte solam conscientiam rectam per regulam morum subjectivam esse, non autem conscientiam erroneam, licet ingenuam (132), seu quamcumque subjectivam persuasionem.

3° Actus fidei theologicæ est actus liber. Ergo nemo potest impedire professionem fidei seu persuasionis internæ circa res fidei. *Distr. Aut.*: actus fidei est *physice* liber, tum quad exercevitum, tum quad specificationem, seu ad illum eliciendum concurrevit voluntas libera, *cone.*; et id verum est sive agatur de vero ac proprio dicto actu fidei, sive de falso seu apparenti tantum. Est actus liber in hoc sensu quod actus subjectivus *licet* possit cum regula objectiva fidei indifferenter consonare vel ab ipsa digredi, *neg.* Itaque actus internus fidelis qui elicitor a

catholico, et actus assensionis internæ aliqui perverso dogmati, quem elicit hereticus, sunt actus *physice* liberi, ideo quia procedunt a libera voluntate: et nulla potestas humana potest *physice* hos actus internos impedire. Sed hi actus non sunt ambo liberi in hoc sensu quod sint *aeque liciti* ac honesti. Itaque nulla potestas licite impedire potest externam manifestationem veræ fidei; sed legitime et laudabiliter impedire externam professionem perversa doctrinae. In primo casu Deus ipse jubet hanc manifestationem, et in secundo prohibet quilibet actum exterritum, immo et internum.

Praeterea etiam transmissio antecedente, consequens negare jure possemus, quia ex antecedente non fluit: actus enim fidei est actus internus, ab intellectu elicitus, et quidem per actum positivum voluntatis moto; porro professio externa, de qua agitur, connexionem necessariam non habet cum eiusmodi actu interno.

Hie etiam animadvertemus actus omnes publicos esse quodammodo sociales, seu non ita esse proprios singulorum, qui eosdem eliciant, ut alia membra societatis non afficiant. Omnibus quotidiana experientia exploratum est non modo actionem honestam ad bonum impellere viidentes, sed et turpem ad mores aliorum corrumpendos plus minusve conducere: homines exemplo moveri solent. Itaque quisque jure potest remotionem scandali, quod omnibus nocet, nempe bono communi adversatur, poscere, ac proinde professionis externe cultus falsi et perversi prohibitionem petere.

Inde in syllabo superius laudato, damnata fuit haec propositio: «Enimvero falsum est civibus cuiusque cultus libertatem itemque plenam potestatem omnibus attributam quilibet opiniones cogitationesque palam publiceque manifestandi conducens ad populorum mores animosque facilius corrumpendos, ad indifferentismi pestem propagandam.» (Prop. 79.)

II. De statu externo passionibus, seu, ut sicut, concordatis, stabilitate.

307. — Hactenus ex ipsa natura Ecclesiae et societatis civilis, mutuas inter utramque societatem relationes de-

terminavimus, seu statum externum societatis religiose ostendimus. Sed nemini dubium est quin limites aliquujus potestatis dilatari vel contrahiri possint, saltem quoad exercitium, ex aliquibus factis; porro principes non raro Ecclesiae exercitium jurum que illi divinitus donata sunt, non reliquerunt, licet non semper ex odio fidei; sed quandoque ex zelotia auctoritatis. Inde status belli, cui mederi non potuit potestas ecclesiastica, nisi per quadam conventiones, seu publica federa, quae concordata appellari solent.

Ecclesia enim maluit principibus delegare exercitium quorundam jurium ecclesiasticorum, quam sinere ut ipsi proprio motu ac violente ea sibi vindicarent, ac injuste detinerent, seu principes maluit habere tanquam administris quam ut hostes. Ergo concordata non sunt absolute, sed tantum hypothetice, necessitatibus in Ecclesia.

308. — I. *De natura concordatorum.* Causam occasionalem concordatorum superioris assignavimus, que in pravis opinionibus ac doctrinis auctoritatis ecclesiastice contraria conatusque istis placitis consensu reponi debet. Itaque *occasio* est negotio jurium Ecclesie et ambitione potestatis politicae; *finis*, utilitas quadam relativa Ecclesie, in suorum jurium possessione perturbata, ex pacto obvertura.

309. — THESIS I. *Concordata plerumque non sunt pacta synallagmatica.*

Nota. Diximus *plerumque*, quia fieri potest ut societas civilis rem aliquam temporelae et sibi propriam ad Ecclesiam transferat; tunc habetur ratione materia verus ac proprio dictus contractus bilateralis.

Probatur. 1^o *Ex natura objecti seu materia* hujus contractus: plerumque agitur de rebus ad Ecclesiam proprio et originario iure pertinentibus; exercitium quorundam jurium soli societatis ecclesiasticae per se competentium edidit supremus Pontifex potestati civili, que sapientiale haec iure jam invaserat, et contra fas retinebat. Atqui contractus bilateralis non habetur nisi sit ex utraque parte datum et acceptum. Ergo, cum unice agatur de

temperamento exercitii jurum soli Ecclesia competenter, fit ut contractus non possit esse bilateralis.

Res spirituales, vel spiritualibus adnexe, ordinarie et regulariter constituent materiam concordatorum; atque haec materia, que alias cum rebus mere temporalibus sine simoniae labore non posset commutari, ad Ecclesiam unice spectat. Ergo concordata non sunt pacta synallagmatica.

Probatur. 2^o *Ex qualitate contrahentium*: federa synallagmatica proprie dicta non possunt iniri nisi inter societas aequales et ab invicem independentes: si enim ageretur, v. gr., de societatis quarum una fore alteri naturaliter subordinata, certo pactum de mutuo utriusque juribus generativi non esset aequalis: societas superior de suo daret, inferior nihil praestans aliquid accipere. Atqui societas religiosa ac supernaturalis et societas civilis non sunt societas prorsus aequales et ab invicem independentes, si quidem status civilis religioni subest. Ergo, nisi forte ageretur de objecto omni ex parte proprio societatis civilis, respectu cuius habetur ut societas independens, concordata non sunt contractus bilaterales.

310. — *Proclaramur.* Ergo concordata ordinarie et regulariter *privilegiis* adnumeranda sunt, et eorum causa efficiens est materna Ecclesie pietas et sollicitudo, quae medium compositionis in temperamento exercitii jurum sibi competentium quesivit.

Iaque possunt definiri concordata: *Solemnes pactiones de limitibus utriusque potestatis*, inter Pontificem maximum et saceruli principes edite pro moderamine status disciplinarius peculiarium ecclesiarum aliquujus regni vel nationis, *ad pacem reparandam et sercandam inter sacerdotium et imperium.*

311. — THESIS II. *Ad concordata rite valideque incunda requiritur materia licita.*

Nota. Per materiam licitam, hic intelligimus eam cuius liberalis dispositionem habent pacientes.

Probatur. Nemo potest pacisci de iuribus non propriis, aut in se inalienabilibus: contractus in quo quis tradiceret inalienabilem, importaret alienationem rei inaliena-

bilis, quod manifeste repugnat. Atqui, potestas ecclesiastica quibusdam fruatur iuribus quorum exercitium ipsi soli competit, et que proinde alienari nequeunt, sive in se, sive quadam exercitium. Si enim objectum concordati adversaretur aliqui vero proprieque dicto officio essentiali quo contrahentes acta tenerentur, nimurum si haec materia actu conjungeretur cum vera proprieque dicta obligatione, tunc de hac re pacisens esset reus violati officii, seu *juris superioris imperantis* a quo imponitur illud officium. In hoc casu, Romanus Pontifex jus ipsius Christi jubentis violaret. Ergo, etiam ad hæc solemnia federa, non secus ac ad contractus inter privatos homines, requiritur materia licita.

312. — *Scholium.* S. Pius V negavit se posse principibus perpetuo concedere facultatem admittendi vel rejiciendi constitutiones apostolicas, licet mere disciplinæ, seu *jus placiti regii*. Sine recte fidei et perfectiorum morum dispensio haec facultas, absolute et tanquam jus coronæ regiae, concedi non posset. Haec enim concessio aliquam importat abdicationem potestatis legislative et gubernatoriaæ, que, juxta Dei decreta, est in se suprema et inalienabili.

313. — II. *De valore et rescissione concordatorum.*
1º Valor concordati *immediatus* est valor pacti seu contractus; concordatum enim ad genus contractuum pertinet, et personæ publicæ que paciscentur, expresse volunt quod pactum initum etiam a successoribus sancte servetur. Itaque ex concordato *enascuntur obligations* ex parte utriusque contrahentis, nempe Romani Pontificis ex una parte, et principis secularis ex altera; inde etiam Papa, sin minus ex justitia, saltem ex fide promissa, tenetur servare omnia que in concordato illo determinata sunt. Mutua ergo contrahentium obligatio est effectus primarius concordatorum.

Effectus *mediatus* concordati est ut *legem* faciat pro omnibus ecclesiis particularibus nationis vel regni pro quibus pactum initum est. Contrahentes enim sunt publicæ personæ que nomine societatum contrahunt; inde pactio societates illas ligat, seu est lex : sortitur omnes effectus legis ecclesiastice et legis civilis. Et, sub hoc

respectu spectata, concordata speciali etiam modo interpretanda sunt.

2º Sequitur quod concordata, præ immediato effectu speccata, sicut ceteri contractus, rescindi nequeunt, nisi vel mutuo consensu, vel ex eo quod materia evadit impossibilis, aut nociva, vel denique legitimo judicio, quando occurrit causa gravis extraordinaria, ob quam aliud postulat bonum commune Ecclesie.

a) Rescissio conventionum inter duas societas iniunctorum potest evidenter mutua voluntate contrahentium fieri, non secus ac contractus inter privatos.

b) Si materia fit moraliter vel physicè impossibilis, federa inter societas etiam dissolvuntur sicut contractus inter privatos: materia hic dictum moraliter impossibilis quando coordinari amplius nequit ad utilitatem sive status, sive Ecclesie, quam legislator, tum ecclesiasticus tum politicus, ex officio et ex justitia promovere tenetur. Princeps politicus rescissionem petit, quando agitur de politica utilitate cuiusque est legitimus iudex; et summus Pontifex, si de utilitate Ecclesie sermo sit. Tamen, cum utilitas civilis subordinetur utilitati Ecclesie, fit quod princeps politicus non possit judicium decisivum ferre de impossibilitate materie, nisi prius ostendat potestati ecclesiasticae hoc minime nocere utilitatì Ecclesie; nequit enim societas civilis aliquod commodum Ecclesie in rem suam convertere, seu pro iure suo spoliis Ecclesie suas opes augere; et dannum societati religiosa inferri non potest, ut inde societas civilis aliquod emolummentum luceretur. Sed absolute loquendo materia non potest fieri impossibilis vel societati civili nociva, si remanet utilis societati religiosa.

c) Concordata rescindi possunt legitimo judicio quando occurrit causa gravis extraordinaria; sed summus Pontifex solus de plenitudine potestatis sue judicialiter contravenire potest concordatis.

Solum Papam posse talo judicium ferre constat quia, ut jam innumerus, societas civilis, si quid Ecclesie concessit, non potest illud ab arbitrio vel interpretando restringere vel judicando revocare. Concessa enim Ecclesie, fini spi-

rituali addicta sunt, circa quem societas civilis nullam habet potestatem: sunt materia fori ecclesiastici.

Deinde quod judicium rescissorum ferri possit, minime dubium est, nam si concordatum non sit ratione materio contractus vere synallagmaticus, sed verum *privilegium*, Ecclesia evidenter potest illud revocare, præsertim si ratio sui finis, hoc est, salutis eternæ hoc exigit. Potest enim contingere ut tractu temporis res eo deveniant ut mutatis circumstantiis pactum servari nequeat sine dispendio salutis eternæ, ac proinde sine peccato. Tunc bonum publicum poscit ut supremus iudex ecclesiasticus tollat illud pactum, quod difficultatem afferat consecutioni finis illius ad quem primum iter suis subditis preparare debet. Quas ab causas supremus rector Ecclesie rescindere potest et debet illud concordatum.

Præterea in illis privilegiis, Ecclesia habet rationem principis, societas civilis persone subditæ (1).

Tamen, propter fidelitatem promissam, decet ut mutuo contrahentium consensu rem compонere curerit. Si coptum inane evadat, potest Pontifex ex plenitudine potestatis suæ sententiam declaratoriam rescissionis ferre: in casu, quo materia fieret absolute illicita, contractus proprie dicti seu pacta omnia vi sua deficiunt; deinde si occurrat causa extraordinaria, præterquam quod consensus non videtur datum pro tali casu.

2º Si ageretur de *rebus temporalibus*, a quibus ante consummationem contractus, ratio spiritualis, iisdem annexa ab ipsa Ecclesia, legitimate separata fuerit, Ecclesia non deberet sine consensu alius partis contrahentis concordata revocare. Ratio hujus limitationis hec est: « In iis rebus, a quibus ratio spiritualis separata est omnino, deficit fundamentum principatus Ecclesie in societatem civilem (2). »

314. — An concordatum per contrariantem consuetudinem vel prescriptionem derogari possit? Multi negant, tam, quia generatim consuetudo reservationibus apostolicis derogare non potest, tum quia jus publicæ utilitatis et

unionis quæsumit in concordatis non potest ullis subditorum factis immutari, tum denique quia consensum denegare videtur Papa. Tamen alii probabiliter affirman, tum quia idem dicendum est de concordatis quam de legibus ecclesiasticis a S. P. lati, tum quia rationes allatae non sunt absolute et universales.

ARTICULUS II.

De potestate ecclesiastica.

315. — Ecclesia est societas perfecta et supernaturalis: quatenus societas perfecta ex hominibus compaginata, aliquid commune retinet cum aliis societatis; quatenus vero supernaturalis, aliquid proprium sortita est ex positiva voluntate divini institutoris. Inde potestati ecclesiastice competunt non modo jura essentialia cuiuscumque potestatis supremæ, verum etiam jura specialia et nulli alii potestati competentia.

Sed potestas in abstracto spectata est aliquis complexus iurum, ideoque propter potestatis ecclesiastice singulares prærogativas, specialis instituta est de ipsis disputatio: communibus enim et specialibus ornatur dotibus. Porro, si hanc potestatem in concreto consideramus, videmus Christum duos instituire voluisse gradus auctoritatis in Ecclesia: alterum quidem supremum et independentem, alterum vero dependentem, seu priori obnoxium. Itaque aogenus 1º de economia supremæ auctoritatis religiosæ; 2º de economia inferioris auctoritatis Christo institutæ; denique 3º, et per medium illationis, de forma regiminis Ecclesie.

Nota. In presenti tractatione juris naturalis agendum foret de ipsis tantum quas sunt ordinis naturalis; sed quia de facto seu in ordine historico non habetur societas religiosa pure naturalis, fit ut de vera societate religiosa, prout existit, disputare oporteat, directe quidem quoad illa quae ipsa ratio naturalis demonstrat, indirecete tantum de principiis supernaturalibus, et prout haec principia sunt scitu necessaria ad pleniorum intelligentiam eorum quae pertinent ad jus naturale. His præmonitis propositum aggredimur.

(1) Schmalzgrœber. *Jus eccl. tit. de Prob.* n. 271, 273.

(2) R. P. Tarquini. *Jus eccl. publ. c. 2, art. 5.*

§ I. — De economia supremæ auctoritatis in Ecclesia.

316. — I. Theologi probant 1º Petrum accepisse a Christo supremam potestatem in universa Ecclesia, et Romanos Pontifices, Petri successores, eundem primatum vi hujus successio[n]is sortiri.

2º Evidentibus etiam argumentis ostendunt totum collegium apostolicum, duci Petro conjunctum, a Christo quamdam etiam non omni priori assimilabilem accepisse potestatem (1). An potestas illa huic collegio, mediante Petro et non immediate mandetur, disputarunt theologi tantum; porro ad nos non spectat questiones theologicas instituere: principia revelata, ex quibus logicæ nostras conclusiones eriuimus unice referre volumus, ut magis fulgeat mirabilis harmonia constitutionis supernaturalis Ecclesie cum sana ratione et iure naturali.

Itaque Christus supremum auctoritatis gradum contulit uni personæ singulari et physica, nempe soli Petro, non ita tamen ut haec suprema auctoritas non possit aliquando seu per accidentem exerceri a toto collegio apostolico, ipsi Petro unito, seu ab aliqua persona morali in debitis conditionibus constituta, hujus persona pars essentialis erit Petrus, sine quo illa non esset illud ipsum subjectum cui Christus universalem contulit potestatem. Inveniri nequeunt in quolibet regimine politico vestigia talis constitutionis supremæ potestatis, que imaginem aliquam refert sanctissimæ Trinitatis: potestas enim est unica et indivisibilis, sed exercetur modo perpetuo et permanenti a Petro ejusque successoribus; extraordinarie et transiuncti modo a toto collegio apostolico, sub duce Petro (2), seu a Petro cum collegio episcopali.

II. Ex hac notione supremæ potestatis,clare apparet conflictus inter summum Pontificem et concilium esse impossibilis: semper enim valet adagium: Ubi Petrus, ibi suprema potestas ecclesiastica. Romanus pontifex omnes actus supremæ potestatis elicere potest sine corpore episcopali, et corpus episcopale nullum actum su-

(1) Math. xviii, 8; Joann. xx, 21.

(2) Vide inst. Jur. can. in colleg. s. Apol.

prema jurisdictionis exercere valet sine romano Pontifice. Haec omnia sunt ordinis supernaturalis seu pertinent ad positivas Christi institutiones. Sed

317. — Suprema hec potestas, ea sola ratione quod sit *suprema* in aliqua societate perfecta, dictante jure naturali, exigere potest ab omnibus subditis ea quæ sunt necessaria ad finem plane consequendum: inde est *legifera* et *executiva*, inde *Judicaria* et etiam *coactiva*, adhibendo non modo poenas spirituales, verum etiam temporales et corporales, quando necessarie sunt: societas ecclesiastica non constat puris spiritibus, sed hominibus qui contumaces et rebelleres esse possunt. Origo penarum est necessitas tutelle ordinis socialis; finis eorumdem, conservatio ejusdem ordinis: ergo extensio penarum a necessitatibus lege tantum mesuratur.

Haec potestas speciali titulo seu divinitus insignita fuit prærogativis admodum singularibus: *ineratitia* in fide et *indefectibilitas* in charitate, ita ut constituantur *testis* plane authentici mandatorum divinorum, seu divina revelationis, *judex infallibilis* omnium dubiorum circa res a Deo revelatas, seu omnes prorsus Dei voluntates respectu universi populi fideli, *magistra* tutissima viam docentes que ad patrem coelestem ducit.

At sicut Ecclesia est societas visibilis, et mediis sensibilius ac bonis temporalibus indiget ad suum finem obtinendum, ita supremo principi hujus societatis mediis etiam temporalibus opus est. Qua de causa:

318. — *THESIS. Juxta ordinariam Providentia legem civilis principatus est Pontifici Romano seu summo Praesuli societatis religiosæ omnino universalis, necessarius ad exercitium sua potestatis spiritualis.*

Nota. Hie agitur de statu normali et pacifice Ecclesie, atque de conditione necessaria in praesenti societatis humanae ratione. In prioribus Ecclesia scaculis, Pontifices in cryptis delitescentes, vel carceribus detent, certo non habebant civilem principatum, et Christus providentia speciali, planeque supernaturali, Ecclesie sue saluti propriebat.

Probatur 1º Romanus Pontifex, ut pastor et rector